

DE CONSERVANDA

est, cur tibie senum insentur, adeoq; intumescant, ut post digiti impressionem, in ijs uestigium ac fouea relinquantur, & maximè adpropinquante nocte, idq; in pinguibus etiam & ijs qui humido nutrimento gaudent, euenire solet.

Tenuc.

Aliud phlegma est ualde tenue & aquosum, simile aque aliquantulum inspissate, & sepe inuenitur in saluis & sputis eorum, qui malè digerunt nimisq; bibunt. Solet autem à cerebro ad nares distillare in principio corysæ, quod per decoctionem incrassatū in phlegma crassum aut mucilaginosum conuertitur.

Gypseum

Aliud phlegma est ualde crassum, album, quod uocant gypseum, cuius tenuse resolutum est propter diuinitatem eius in iuncturis moram, crassum autem ceu lapis induratum remansit. Et hoc phlegma facit podagram nodosam serè incurabilem. Vnde Ouidius: Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Vitreum.

Aliud phlegma est uitreum, spissum, crassum, & uitro liquefacto in colore, uis consitate & pondere simile. Secūdo diuiditur phlegma in naturale ex parte saporis. Quoddam enim dulce est ex admixtione sanguinis sub quo etiā continetur phlegma unctuosum, quod fit ex admixtione unctuositatis sanguinis cum phlegmate.

Salsum.

Aliud phlegma est insipidum ex cruditate, sicut et quoddam uitreum.

Aliud est salsum ex admixtione cholerae. Et hoc est mordacius, siccius, & lenius cæteris speciebus phlegmatis, ob cholera quam in se admittit, hæc enim sicca, leuis.